peccato absoluere·Tamen inungendū est q̄ sanitate
recuperata ibit ad iudicem ut satisfaciat p̄ contuma/
tia ꝛ emenda ꝛ si recusauerit adire iudicē in pristinam
sententiam retrudatur·vt habetur in sexto decretaliū
de sententia excommunicationis·eos qui a sentēcia ca
nonis·¶S· q¶Ad quem pertinet absolutio excom/
municationis?G·Duplex est excommunicatio·scilicet
maior ꝛ minor·¶Maioris absolutio pertinet ad iudi/
cem qui eam tulit aut ad eiusdem iudicis superiorem.
Si uero excommunicatio lata sit a iure tunc episco/
pus potest absoluere exceptis sex casibus· ¶Primus
cū aliquis dyabolo suadente manus inicit clericum

vel in religiosum. Secundus cum quis incendit ecclesi
am ⁊ est denuntiatus. Tercius de illo qui communicat
in diuinis cum excommunicato nominatim a papa.
Quartus de illo qui communicat excommunicatis in
crimine pro quo excommunicati sunt. Non enim dēt
absolui nisi ab illo qui excommunicauit. etiam si non
sit eius subditus nisi ꝓpter difficultatē accedēdi ad
papam. ⁊ sic absolueretur ab episcopo ꝑ sacerdote ꝑ/
tita iuratoria cautione ꝙ pareat mandatis eius iudi
cis qui tulit sententiam. alioquin in eandem retrudet
ille qui participat excommunicato in crimine. cum in
sententia confortando ⁊ obstinato animo sententiam
meruit incurrere. nec potest absolui nisi a iudice qui tu
lit sententiam. Similiter quando quis excommunicat
a iudice cum suis participantibus. tunc participantes
cum eo non possunt absolui nisi a iudice qui tulit sen
tentiā nisi tpe necitat/ ut dictum est. ¶ Sciēdum tn ē
ꝙ Bonifacius octauus conseruādo decretales Inno
centii ⁊ Gregorii decimi voluit ꝙ nullus excommuni
care presumat maiori excommunicatiōe. pticipātes ex
communicatis in locutione ⁊ aliis casibus pro quib9
participans solam minorem excommunicationem in/
currit nisi monitione premissa. Aliter non teneat sentē/
tia. ut habetur sexto decretalium de sententia excom/
municationis. capitulo Gratuimus ⁊ c. constitutionē
⁊ capi. statutum. ff. r ¶ Potest ne excommunicat9
absolui inuitus? Gre. Immo. quia sicut excommunica
tio fertur in inuitum ita potest absolui inuitus. Etiā
manente excommunicato in contumacia potest iudex
qui excōicauit discrete remittere excōicationem iuste

latam si viderit expedire saluti illius in quam excom
municatio est lata·¶· s¶ Dunquid potest excom
municatus pluribus excommunicationibus ab vna
absolui sine alia?℟·¶mmo quia excommunicationes
connexionem non habent ad inuicē· Et ideo qui ē ex
communicatus pluribus excommunicationibus pōt
ab vna absolui sine alia· Verumtamen quando aliq̄s
est excōmunicat9 plurib9 excommunicationeb9 ab v
no iudice·si absolut' ab vna intelligit' absolui ab ō/
nib9·nisi contrarium exprimat' uel ex pluri9 ⁊ diuer
sis causis sit pluries excommunicatus ab eodē· ⁊ di
uersis uero iudicibus excommunicatus si absolut9 fu
erit ab vno non est absolutus ab aliis iudicibus· nisi
absolutio unius ab aliis confirmetur·quia excōicatio
nō infligitur nisi pro peccato·¶· t¶ Dunqnid po
test iudex absoluere a peccato excommunicatum pro
quo pcō contra eum tulit sententiam·sicut ab excom
municatione absolui?℟·Tua petitio potestatē cla/
uium ecclesie requirit vt autē scias quid queris agnos
cere·Scito duplicem clauē ecclesie eē· Quarum vna ē
clauis iurisdictionis·alia ordinis.Clauis iurisdictio
nis respicit ecclam militantē a qua indigni eiiciant' per
prātem superiorem ad quos spectat iurisdictio·⁊ ide
o superiores prelati habēt iurisdictionē hanc ⁊ ad el/
os pertinet per excōicationē a perceptiōe sacramento
rum ⁊ communione fideliū ctumaces separare· ⁊ eos
ab excommunicatiōe absoluere· Et quia officiales et
archidiacon·licet non sacerdotes·hanc habent potes
tatem ⁊ clauem iurisdictionis· ¶deo delinquentes et
contumaces possunt excommunicare ⁊ ab excōicatiōe

absoluere etiam excommunicatis inuitis. Clauis autē ordinis respicit ecclesiam triumphantem. ꝛ uirtus eiꝰ est dignos ad celum ordinare. indignos autem repel/ lere. Ideo soli sacerdotes qui sunt medii inter deum ꝛ homines solum habent hāc potestatē. Et quia p̄ pec catum mortale eicitur homo a regno celorū. Iō̄ ab/ solutio a peccato mortali ad solos sacerdotes perti/ net qui huiusmodi clauem ordinis solum habent. Et scias quia nullus a peccato inuitus potest absolui qꝛ omne peccatum ex uoluntate committit̄ ꝛ ex nobis ꝓ cedit. Et sicut non ex uoluntate nostra ꝺmittit̄. nec eti am absq; uoluntate nostra remittitur nobis. ut sicut a nobis perpetrat̄. ita a nobis detestetur Et sic nullꝰ in uitus potest absolui a peccato. licet bene inuitꝰ ab ex cōmunicatione absoluat̄. ¶ Dñ patet ꝙ iudices bñ ab soluunt ab excommunicatiōe quā tulerunt ſ; a peccato nequaq;. Et si dicas ꝙ iudex sacerdos absoluit ab v/ troq;. Dico ꝙ non absolnit a p̄cō ratiōe qua iudex. i. rōne sue iurisdictionis ſ; ratione qua sacerdos ꝛ ea ratione qua habet clauem ordinis. Et quia excōmu/ nicatio non fert̄ in aliquem nisi pro peccato. ideo sem per post absolutionem iudicis debet fieri absolutio a sacerdote. Et hec ostendēda sunt laycis qui aliter cre dunt posse fieri. ℔. v ¶ Utrum simplex sacerdos posset absoluere a minori excommunicatiōe? ℟. Dic ꝛ in his uersibus dicit̄ ex quibus causis minor excōmu nicatio prouenit. Si pro delictis. anathema quis effi ciatur. vers;. Os orare. vale. cōio. mensa negatur. i. pti cipatione cum excommunicatis maiori excommunica tione oritur minor excommunicatio. ℔. Expō uers;

Os osculum dando. Orare ut non oret cum eo. valet id est ne saluted. Communio. i. ut non communicet cuz eo in sacris. Mensa in cibo ꝛ potu ꝛ huiusmodi. Ita participantes potest sacerdos absoluere. Dum tamen non excommunicentur nominatim ut cum dicimus excommunicamus talem cum omnibus sibi participantibus. Item ꝛ ex precepto in illis qui participant cum excommunicatis in crimine pro quo sunt excommunicati ꝛ dum sustinent excommunicatum in contumacia sua ꝛ iuuãt ut resistat. tales cum excommunicatis nõtam incurrunt excommunicationem maiorem. ℔. x

¶ Qui sunt casus in quibus licet communicare cuz excommunicatis? G. Hec anathema tibi soluunt ne possit obesse. Utile. lex. humile. res ignorata. necesse. Utile ut cũ salꝫ anime eius ei proponitur vel consulitur. aliqua verba interserendo familiariter. ut facilius ꝛcipiat monita salutis anime sue. Lex refert ad matrimonium quia mulier debꝫ semper obedire marito suo ꝛ ei debitum reddere ꝑm legem. humile ad subiectionem refertur. quia filius tenetur obedire patri ꝛ ei seruire. ꝛ loquitur hic de filius non emancipatis. qz emancipati filii tenent euitare patrem excommunicatum. Similiter seruus debet obedire domino in quibus est ei obligatus. ¶ Nota ꝙ licet mulier possit participare cũ excõmunicato uiro filius cum patre. seruꝰ cum dño. Verũtamen si sentẽtia ferat in uirum. patrem aut dominum vxorem filios. seruos. interdicto ecclesiastico supposito. interdicti sunt. nec sunt ad sacramenta ecclesiastica admittendi. Res ignorata. quando ignoratur de sententia. Necesse. ad necessitatem uite refert. qz peregris

transeuntibus per terrā excommunicatorum licz ab eis emere cum aliunde habere non possint. Item ly ne cesse refert ad excommunicatum dum est ī articulo ne cessitatis. quia tunc subueniendu3 est nature. Vtile ad hoc primum quod dicitur utile/refert etiam repetitio debiti. Ad salutē enim suam monetur quando monet ad satisfaciendum quibus de iure tenetur. Similiter ō nes casus similes/ad hunc casum referuntur. ¶Epis/copi in suis dyocesibus iurisdictionem habent excō/municandi. Sacerdotes uero nullam nisi secundū for mam mandatorum a superioribus suis commissoru3 tam de excommunicando q̄ de absoluendo. aliter nō ¶Gūt tamen aliqui casus in quibus permittit a iure uel ꝺcꝺitur sacerdotibus excommunicare posse. s. pro furto rapina ꝛ huiusmodi. Dictum est de duplici excō municatione maiore. s. ꝛ minore. quia licet utraq3 se/paret hominem a sacramentis ꝛ a sacramentorum cō/munione non tamen a communiōne ꝛ ꝺsortio fideliū separat maior ꝛ non minor ꝛ de minori pōt simplex sacerdos absoluere.

¶De ptib9 penitētie. ꝛ prīo de satisfactiōe.

Ca. ·xiii. ·15·

IN sacramento penitentie post absolutionem ꝛ ꝺfessionem sequit satisfactio. a ¶Doce me de huiusmodi ꝛ maxime si sacerdos tenet iniungere penitenti penitentiam tantam quantam me/ruit in peccando. S. ¶Penitentiam penitenti non pōt sacerdos iniungere tantam uel totam pctō debitam. quia in hac uita expleri non potest nec possz. Siliter etiā secundum quantitatē ꝺtritiōis minuit peccatū ꝛ

quantitas pene debite peccati. sed contritionis illius quantitatem sacerdos non cognoscit. Ideo dicitur q̄ penitentie sunt arbitrarie sacerdotis qui discrete considerat conditiones ⁊ penitentium possibilitatem deuotionem ⁊ lachrimas ⁊ humilitatem que possunt dici uera insignia Et si tota penitentia non soluat̄ i hac vita. persoluetur in purgatorio. quoniam reatus pene debite semper remanet. Pene dico temporalis etiā p̄fessionem ad quam penam penitens fuerat obligat̄ per peccatum suum. licet reatus culpe per uirtutē confessionis transierit. Similiter non oportet q̄ confessor semper iniungat penitentiam peccato de iure constituta ⁊ hoc propter necessitates personaꝝ. sed ad arbitrium siue discretionis secundum circonstantias persone penitentis Et infirmis penitentiam non iniungat. quia sic ad eam tenerentur quā facere non possent. Ꝙ bene eis innotescat tunc exortentur ut de peccatis suis peniteant q̄ viles sint uie peccantium ⁊ altera parte considerent de misericordia dei qui parcit penitentib̄ consulantq̄ ut ab amicis ⁊ de bonis que in mundo isto sibi prouiderunt elemosinas. orōnes suffragia ⁊ hmōi sibi disponant. Similiter ut propositū habeant abstinendi a peccato cum conualuerint. ℟. b ¶ Dunqd potest vnus pro alio satisfacere? ℣. Ad euidentiā huius notandum q̄ duplex est effectus satisfactionis.

c ¶ Primus ab ante excisio causaꝝ peccatoꝝ sequētiū. ⁊ isto mō penitētia ē quedā medicina ad euitādū pc̄m̄. ut ieiunū pegrinatio ⁊ hmōi q̄ domāt corpus penitētis ut i pc̄m̄ illō āpli⁹ nō cadat. ⁊ isto mō non potest vn⁹ pro altero satisfacere. quia ieiuniū ē labor

corporis. Vñ vigilie.ieiunium.perigrinatio.ꝙ cilitiũ roberti.nõ domant corpus petri. Secundus effectus penitentie est solũmodo debiti pctõrum precedentiũ quo debito penitens fuerat obligatus post contricionẽ.cõfessionem.ꝙ absolutionem.ꝙ ꝫtum ad huiusmõi pôt vnus pro alio satisfacere ita tamen ꝙ ille ꝓ quo alter satisfacit sit in statu gratie.ꝙ charitatꝭ.ꝙ ꝙ nõ habeat aliquem defectũ pro quo ligitime ipedit9 satisfacere nõ possit quia si esset ĩ mortali peccato tũc sibi satisfactio nõ prodesset.ꝙ si potens est debet ꝓ se ipso laborare.ꝙ si nõ tunc potest alioꝝ ei iuuamine subueniri.ꝓ. dQ Vnquid indulgentie prosunt penitẽtibus ad solutionem pene ad quam sunt obligati ꝓ peccatis? G. Q Scito ꝙ penitẽs est obligatus ad maiorem penam ꝫ sit illa q̃ a confessore sibi iniuncta est que in purgatorio est exigenda. Et quia indulgentie merito passionis xp̃i.ꝙ sanctorum tantum valent ꝫtum predicantur. Ideo a debito illius pene absoluũt quam penitẽciarii ĩ iungunt.ꝙ diminuũt eam. Ad hoc autem ꝙ indulgencie valeant alicui quatuor exigunt Duo ex parte suscipientis. Q Ex parte dantis primo requiritur auctoritas.ꝙ hec pertinent ad clauem iurisdictionis. et tal' ptãs.et auctoritas ad supiores prinz ut est papa.ꝙ episcopus qui clauem habent thesauri ecclesie.s.meriti passionis xp̃i.ꝙ sanctorum. Q Secundo requiritur causa rõnabilis dandi.s.utilitas ecclesie hec pertinet ad clauẽ scientie. Q Vnde pro utilitate ecclesie.ꝙ veneratione sanctorum sunt dande idulgencie Q Papa super huiusmodi plenioremꝫ habet potestatem.episcopi vero secundum concessionem habent po

testatem limitatam. Ex parte vero suscipientis duo re
quiruntur. Primum est dispositio ⁊ ydoneitas susci
pientis ut scilicet sit in statu gratie ⁊ sine peccato mor
tali ¶ Secundum est deuotio ⁊ fides ⁊ adimpletio eiꝰ
quod per indulgentiam denotatur. Si uero premisso
rum unum defuerit indulgentie non ualent penitenti
bus ⁊ confessis ad diminutionem pene debite ꝓ pec
catis.

¶ De spēbꝰ satisfactionis.

Ca. .xiiii. .p.

DE aliis modis satisfactionis doce. G. a
Tres sunt species satisfactionis scz. orō. ele
mosina. ⁊ ieiunīū ut dictum est. Penitētia nō
solum est satisfactoria pro peccatis preteritis sed etiā
medicina contra peccata futura. ⁊ ideo conueniens est
ꝙ talis penitētia iniungat̄ que sit in remediū ctra fu
turoꝝ peccatorum occasiones. ⁊ ideo contra uerbosos
⁊ uagabundos debet in remedium iniungi oratio que
de se eleuat mentem in deum. Contra gulosos ⁊ luxu
riosos ieiunium. Contra auaros elemosina ut sic ctra
ria contrarijs curentur. Ad orationem pertinent om
nia spiritualia. ad elemosinam omnia opera misericor
die. ad ieiunium omnia opera afflictoria corporuꝫ ut
uigilie. discipline. ⁊ peregrinatiōes. p. b ¶ De orati
one. utrum semper requiratur in orando actualis in
tentio? G. Actualis intentio necessaria est ad osequen
dum meritis premium. quia cum mens hominis labi
lis est sufficit habitualis attentio que ex prima actu
ali intentione procedit. ⁊ uirtutem habet ex ea Sicut
videmꝰ ī exemplo ꝓiectiōis lapidis. Sicut eī motio

hominis ꝓficientis lapidē durat p ēntiā actꝰ dūmanum lapidi mouendo appōit·ſz virtus ſecunde motionis lapidis manet dū lapis ex ui prime motiōis mouetur· licet uirtꝰ prime motiōis ꝯtinue debilitet· Aut quia lapis quieſcit·aut a ꝯtrario motu mouetur ne iterum moueatur· Sic eſt ſuo modo de oratione. quia oratio primo mouetur a deuotione orantis ꝛ attentione actuali ſecundum eſſentiam ſed quia mens ad alia propter infirmitatem hominis ad euagationem mentis rapitur· Ideo manet attentio virtute ꝛ habitu velut mota a uirtute actuali ſcz prima deuotione Sicut motio lapidis habet uirtutem ex primo mouente ꝛ effectum ſic oratio habet effectum ſuum ex prima attentione actuali ꝛ deuotione niſi tanta fuerit euagatio ꝙ oratio amittat uirtutem prime attētiōis ſicut pz in illis qui orationes dicendo ad alia ſe trāſferūt qō non poteſt eē ſine culpa ꝛ ſi ad contrarium orationis mens ſe tranſferat ſicut ad illicita ꝛ pctā non eſt ſine culpa mortali Ideo neceſſarium eſt ut hō in orando aut horas ſuas dicendo frequenter retorquēdo moneat cor ſuum ad ſeipſum ¶ Hō nō ꝙ i orōne triplex dēt eſſe intentio. Pria ad uerba quibus petimꝰ· Secunda ad petitiōem· Tercia ad ea que petionē circōſtant· Sicut neceſſitas pro qua deus petitur ꝛ rogatur ꝛ ſi aliqua iſtarum trium conditionū in orōne defuerit nō eſt reputanda oratio efficax ꝛ attenta Etiā illi qui nō intelligunt petitionis uerba ad orōnē attenti eē pñt et iō eis ſufficit prima ꝛ ſecunda attentio ut patet in laycis qui uerba non intelligunt· d ¶ In ſumma ſcito ꝙ euagatio mentis in oratione facta a ꝓpoſito non

est sine pcō·⁊ impedit fructū orōis·⁊ si ad otrariū ora
tionis fuerit pcm̄ mortale est· ℣i uero non fiat eua
gacio mentis a proposito ſz ex infirmitate mētis solū
non est pcm̄ ſz impedit orōnis fructum cum virtutē
habeat a prima attentione vt dictū est·℔· e ℂ Hū
quid debz semper eē oratio vocalis· ⁊ nunq̄z mental
℣·Oratio que fit propopulo communi·a ministro ec
clesie debet esse vocalis vt omnibus innotescat· Orō
vero singularis persone siue fiat pro se siue pro aliis
potest esse mentalis· Verumtamen ei adiungitur voca
lis propter tria·℔rimo ad incitandum interiorem de
uotionem·Secundo vt homo seruiat deo de omnib⁹
que sunt non solum mente ſz etiam ore opere vel cor
pore·Tercio vt vehemēs affectio per vocē exprimat
·℔· f ℂ Hunquid illi qui tenentur ad officium diui
num si obmiserint vtputa boras canonicas intelligen
dum sit vtrum dicant?℣·Non quia seruitium ad hoc
est ordinatum vt ordinate dicatur· Et ideo si oporte
ret q̄ omittens illud resumeret inordinate diceret vt
forte in officio passionis post pasca· ℑdeo melius est
vt illi inūgatur psalterium ⁊ hmōi alia reconpēsatio
·℔· g ℂ Que oratio ad satisfaciendum magis con
gruit que laycis est iniungenda?℣· Oratio dominica
·ſ· pater noster·⁊c̄· ℑn qua septem petuntur·℔rimum
pater noster· Vbi maiestatē·⁊ charitatem eius·primo
allegamus vt fiducialius adeamus ad sequencia·℔a
ter ecce maiestas·nr̄· ecce charitas q̄ vt pr̄ nos filios di
ligit·qui es ī celis·Ecce excellētia q ē p essenciaz·⁊ nun/
quam deficis· ℑn celis· super omnia potenciam ha
bens Sanctificetur nomen tuum· et cetera quia ipse

finis est noster. Ideo ut fruamur eius gratia. Petimus nomen eius sanctificari nobis. & desiderium nostrorū in ipsum ferri per dilectionem. non q̄ ipse in se non sit sanctus sed q̄ sanctificet in nobis ut per illud sancti simus. Adueniat regnum tuum Petimus secundo eius gloria frui. Deinde sequunt quinq̄ que nos ordinant ad ipsam gloriam. Quorum duo per se nos ordinant alia per accidēs ¶ Primū quod ordinat nos ad gloriam quod est tercium in orōne est vt ei semp obediamus. Ideo sequitur. fiat voluntas tua. & q̄ si diceret Sicut angeli obediūt tibi in celo. sic & nos ī terra. Quarto petimus vt nobis det subsidium pueniēdi ad hūc finem vt vita cōseruet in nobis tam spūalis q̄ corporalis. Jō dicitur. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Siue intelligatur de sacramento eucharistie p quā vita spūalis conseruat. siue de materiali pane p quem vita corporalis sustentat. Deinde petimus tria que nos ordinant ad ipsam gloriam p accidens. per remotionem prohibentis. Et sunt tria que nos prohibent ad pueniēdum ad beatudinē. Primū est petīm cuius amotionem petimus dicendo. Dimitte nobis debita nostra. Et hec ē quinta petitio. Secūdo petimus amotionē huius q̄ nos pertubat ibi. Et. ne nos inducas in temptatiōem. Et hec est sexta petitio. ¶ Tercio petimus amoueri penalitatem pītem. ibi Sed libera nos a malo amē. Et hec est septima petitio Et hec de prima parte satisfactionis sufficiant.

Capitulum. ¶ De elemosina.

De secunda parte satisfactionis scz de elemo/
sina ꝛ si cadat sub precepto ꝛ quot modis fit
Gregorius. d ¶ duplex est elemosina.
corpalis.s.ꝛ spiritualis ꝛ utrumqꝫ cadit sub precepto
affirmatiuo. et p̄cepta affirmatiua non obligant ad
semper. sed ꝓ loco et tempore et secundum alias con
ditiones determinatas oportet considerare conditio
nes dantis. ut de superfluo non solum respectu sui sꝫ
etiam respectu familie cuius curam gerit. Similiter o/
sideret ex parte suscipientis necessitas ꝙ ille cui detur
sit in necessitate. ꝛ isto modo elemosina corporalis ca
dit sub precepto. s. dare de superfluo indigenti. qz da
re de necessariis sibi aut familie sue ꝛ ei qui non habꝫ
necessitatem non cadit sub precepto sed magis ub con
silio. Similiter de elemosina spirituali est intelligendū
ꝙ cadit sub precepto. scz pro loco ꝛ tempore ꝛ oside
rato mō monendi aut corrigendi ex parte corrigētis
ꝛ spes meliorandi ex parte eius q corrigit. ℟. b
¶ Quot sunt elemosine corporales? ℊ. Septē. vñ versꝫ.
Visito. Poto. Cibo. Redimo. Tego. colligo. Condo.
Visito infirmos. Poto sitientē. Cibo esuri. Redio incarce
ratū. Tego nudū. Colligo hospitē. Condo mortuos i.
sepelio. ℟. c ¶ De quo habet fieri elemosina? ℊ. De
proprio ꝛ non de alieno. ℟. d ¶ Utrum de male
acquisitis fiat elemosina? ℊ. Scias ꝙ aliquid dicitur
male acquisitum tripliciter. Uno modo quando debꝫ
restitui ei cui illicite surripit. ut de rapīa furto ꝛ hmōi
de cꝛi nō pt fieri elemosina. sꝫ potiꝰ dēt restitui ei cui
ablatū erat. Alio mō dicit aliqd male acqsitū. qz dās

ꝙ accipiens contra diuinam iusticiam faciunt sicut ysy
monia ꝙ tale non ē restituēdum ei q dedit·nec ē rema /
nendum apud illum qui accepit·sed debet pauperib9
erogari·Tercio modo dicit aliquid male acquisitū rō
ne actus acquirendi·non rōne acquisitiōis sicut in me
retricio cuius actus est illicitus ꝙ a deo prohibetur·ta
men illud quod datur pro opere non est illicitū· Sed
potest meretrix accipere locationem corporis sui ꝙ de
ea elemosinā facere· Verumtamen nō dēt fieri de ea sa
crificium nec oblatio ad altare tum propter reuerētiā
sacramenti·tum propter scandalū ꝗ etiā propter de/
testationem pcti·ꝓ. e ¶ Dunquid de acquisitis lu
do taxillorꝫ potest fieri elemosina?ℭ·Propter ludē/
tium cupiditatem prohibet taxillorum ludus ⁊ deo
qui lucratur retinere non potest ꝫ ē in elemosinis ero
gandū nisi contra fuerit illa consuetudo qua permit/
tit ludus taxillorum propter recreationem ciuiꝫ non
propter lucri cupiditatem· ⁊ Ille tamen qui lucratur ab
his qui non sunt sui iuris sicut minorennes furiosi ⁊ ꝑ
ui qui res dominorum suorum alienare non possunt·
tenēt restituere domins quibus res ablate fuerant·
Similiter ille qui alium trahit ad ludum Fraudulēter
ꝑ fraudem in ludo omittit·ad restitutionem tenet ei q
amisit·nec debet fieri de eo elemosina·ꝓ. g ¶ Dun/
quid vxor·pueri·serui. monachi·ꝙ hmōi possent ele/
mosinas facere absq; superiorum licentia?ℭ·Absolute
loquēdo·q sunt sub potestate ostituti de reb9 ꝫmq̄s
suis superiorib9 subiiciuntur·nō licꝫ eis facere elemo
sinā absq; supiorꝫ suorꝫ licētia·nisi necitate urgēte qꝛ ī

necessitate omnia sunt communia Licet etiam de alie/
no succurrere indigenti. Monachꝰ qui amministratio
nem non habet non potest elemosinam facere de bo/
nis ecclesie absq; sui superioris assensu expresso uelꝑ
sumpto. Si tamen amministrationem habet. tunc pōt
de rebus sibi commissis elemosinas facere secundūꝫ q̄
cadunt in usum. Et idem est de muliere. qz si nihil ha
bet preter dotem non potest elemosinas facere sine as/
sensu mariti sui expresso ꝛ presumpto. Si uero alias
res habet velut ex lucro suo potest elemosinas facere.
sed moderatas ne per eas vir depaupereꝫ. Similiter ser
uus non potest de rebus domini sui elemosinas facere
quia licet eas habeat ad dispensationem Verum/
tamen aliqua possunt dare que statim possent corrū/
pi. quia in talibus ꝯsensus domini esse presumit. Eo
dem modo dicendum ē de filiofamilias. licet sit heres
patris quia tamen non habz adhuc dominium supra
res patris ꝛ eas dare non potest. ut supra. ℔. h
Hunquid clerici tenent dare ea que sibi superfluunt ꝫ
G. Clerici de rebus patrimoniorum suorūꝫ possunt u
ti ꝑ libito voluntatis dum tamen peccatum nō fuerit
sq; vsurando luxureando ꝛ hmōi. Ideo possunt ser/
uare eas pro releuatiōe suaꝝ penuriaꝝ ꝛ eas amicis
distribuere. Dū eas sic seruando nō peccant. dū tamē
modus seruandi non excedatur. scilicet seruando eas
tempore necessitatis non subueniendo pauperibus ꝛ
qui tunc non erogant peccant. Verūtamen scias q̄
bona ecclesiastica tripliciter diuidunt. Qz q̄dā sunt
paupeꝝ ꝛ q bec retinz ꝛ nō distribuit fur ē ꝛ latro. Ali
a sunt q̄ cedūt in partem eccl'e ad eccl'aꝫ reparandaꝫ

ꝯ buiuſmodi etiam in alios vſus miniſtroruꝫ vt ſunt prebende ꝯ hmõi. ℣n his dicendum eſt ſicut in bonis patrimonii. quia ſeruando ea moderate pro neceſſitate ſua non peccant. Etiam poſſunt in neceſſitatib⁹ ſuis amicis ſubuenire moderate. ℣. ¶ Cuib⁹ danda eſt elemoſina? vtrum propinquiori. uel meliori uel magis indigenti? ℟. ℣ndigenti danda eſt elemoſina. ꝯ magis indigenti. cum elemoſina diuinitus inſtituta ſit. ad proximi neceſſitatem ſubleuandam. ¶ Nota in elemoſinis tres gradus debẽt inſtitui. Honeſtum debitum ꝯ neceſſarium. Honeſtum ut propinquioribus ſubueniatur ſi indigeant. Debitum ut benefactoribus noſtris ſubueniamus ꝯ precipue melioribus. Neceſſarium ut magis indigenti ſubueniamus ꝯ ſic amicis propinquioribus prius ſubueniendum eſt in neceſſitate. cũ ex q̃dam ſorte charitatis nobis coniungant̃ ꝯ obuenit nobis ut prius eis ſubueniamus ceteris paribus. Verũ tamen ex merito charitatis meliori ꝯ utiliori ad bonum commune prius eſt ſubueniendũ ꝯ elemoſina dãda q̃ propinquiori. ℣deo non ſunt immunes a peccato q̃ indignos parẽtes ꝯ cognatos ad bona eccleſiaſtica promouẽt dignioribus ꝯ melioribꝫ relictis. Et ſic breuiter prius eſt amicis ſubuenendum neceſſitate urgente. Ceſſante tamen neceſſitate meliori ſubuenẽduꝫ eſt ꝯ elemoſina magis indigẽti diſtribuẽda ẽ. ℣. ℟ Vunquid ioculatoribus eſt danda elemoſina? ℟re. Quandoq; licet quandoq; vero non licet. Verum quia ludus neceſſarius eſt ad conſeruationem vite humane. quia quies in ludo habetur ꝯ ꝛ ſolatio hũane nature. ℣õ ſecundũ philoſophũ ꝯ Tulliũ. Virtuoſuꝫ eſt

uti ludo honesto tempore debito·licet eis dare pro ꝑ
ucio ⁊ labore ⁊ elemosinam facere. Sed histrionib⁹
⁊ ioculatoribus utentibus uerbis inhonestis ⁊ factis
scurilibus non est licitum dare quia eoꝝ dicta ⁊ fac/
ta magis ad confusionem sunt q̄ ad consolationem ⁊
talibus dare est ī suis turpitudinibus eos fouere·ꝓ.

l ¶ Dunquid pōt aliquis sibimet elemosinam face
re?G·Loquendo de elemosina corporali nullus po/
test sibi elemosinam facere·⁊ ratio est quia elemosina ē
opus misericordie misericordia autem alienam mise/
riam respicit ⁊ illam suam facit·Sꝫ ex oñti pōt aliq⁹
sibi ex elemosina commodum facere sicut distributor
elemosinaꝝ facit commodum ex elemosinaꝝ amminis/
tratiōe· ¶ Sibi etiam potest accipere si indigens fue/
rit ⁊ necessitatem habuerit·sicut daret alii indigēti·ꝓ

m ¶ Dunquid licite possunt differri elemosine que
debent ꝑ defunctis distribui absq; detrimēto defunc
torum?G·Absolute loquendo non debent differri sed
statim distribui· Verumtamen si executor aliquantu/
lum differat dare ut res defuncti amplificet·eas plus
uendendo uel meliorando non peccat sed laudabile
est·Si uero faciunt propter negligentiam suam·ꝑ suuꝫ
proprum commodum sine defunctorum commodo·
peccant·ꝓ. n ¶ Dunquid ex tali dilatione defunc/
tus patit?G·Scito ꝙ defunctus detrimenta patit ex
dilatione elemosine ⁊ impletione testamenti sui dilata
·s·Prīm detrimētū ē tolerātia pene· Secūdū subtracti
o rmedii ⁊ adiutorii sibi debiti · ex pte elemosine sunt
duo rmedia·Prīm meritū elemosine. Secūdū rmediū

ꝛ effectus elemosine ¶ Quantum ad meritū elemosine de/
functus nullum patitur detrimentum propter dilata/
tionem distributionis nec maiorem patitur penaz ¶
Quantum ad effectum elemosine que est adiutorium ꝛ re
medium defunctus paticur non quantum ad penam
sed quia suffragium non adhibetur propter tarditatē
distributionis ꝛ ideo peccant quia elemosinas defunc
torum absq; rōne differūt nec distribuūt et sibipsis
damnationem acquirunt. ℔. o ¶ Dicto de elemosi
na corpali mihi de spirituali elemosina dicas ꝛ quot
modis habent fieri? ℟. Septem sunt elemosine spiri/
tuales versus. Consule. Castiga. Solare. Fer. Ora. Cō
sule ignorantem Castiga delinquentem Solare deso/
latum. Remitte iniurie reatum. Fer supportando lap/
sum. Ora pro proximo. ℔. p ¶ De castigatione q̄
est fraterna correctio. Quero utrū semper debeāt cor/
rigere delinquentem ꝛ nunq; dimittere? ℟. Fraterna
correctio cadit sub precepto affirmatiuo ꝛ ideo suas
circonstantias requirit quia non quocunq; loco non
quocunq; tempore corrigēdū est sed ꝓ loco ꝛ tpe con
gruo ꝛ debito. q ¶ Nota triplici rōne fraterna cor
rectio dimittit. Prīo rōne claritatis. ꝛ hoc meritorie.
quādo ꝓbabiliter timet ne deteriores fiāt delinquen
tes corrigēdi ℓ alios a bono ipediāt uℓ a fide auertāt
uℓ ꝓb hoc infirmos pmāt ℓ a bona uia ꝛ uita pia eru
diendos ipediant a caluū correctione ꝓ loco ꝛ tēpo/
re abstinere ut ait Aug⁹ Dō uidet ee cupiditatis occa
sio sz ofliū charitatis. Secūdo mō permittitur frater
na correctio tm cū pctō mortali. s. qū ꝓpter timorem
mūdanū ℓ cupiditatē seu fauorē pctōr dimittit corri

¶

gi·ꝫ p̄cipue qñ̄ p̄sumit' q̄ ꝓpter correctiōez possit
a pct̄ō retrahi·Tercio mō omittit' cū pct̄ō uenali·s·
qñ̄ ꝓpter aliquē timorē ꝑ cupiditatē qs efficit' tardi/
or ad frēm corrigendū tñ̄ ꝓpter hoc·nō dimitterz fra
trē corrigere sz de eiꝰ emēdatiōe speraret ꝫ sic sc̄ī uiri
qñ̄q; dimittūt corrigere delinquētes Tēpꝰ āt quo qs
obligat' ad fraternā correctiōez est cū delinquēs sibi
occurrit omode pōt corripi ꝫ sperat' eiꝰ emēdatio et
nō est aliꝰ q ex officio eiꝰ incūbat correctio ꝑ si ille q
incūbit sit negligēs in corrigēdo ecōtra excusatur si ex
hoc uidet frēm deteriorari ꝑ qñ̄ scit eiꝰ supiorē ad cor
rigēdū diligentē·ꝓ· r Cuiꝰ īcūbit fraterna correct
io?G·Scias q̄ duplex ē correctio Una q̄ ē actꝰ chari
tatis q̄ fit p simplicē monitiōez ꝫ ēis ptinet omnibus
charitatē hñ̄tibꝰ siue fuerit subditꝰ siue prelatꝰ. ꝫ isto
mō pōt inferior superiorē suū delinquentē cū mansuetu
dīe ꝫ reuerētia corrigere Alia ē correctio q̄ est actꝰ iu
stitie q̄ fit p punitiōez ut alii magis timeāt ꝫ hoc pti/
net ad superiores solū qui non solū debēt monere sz
etiā punire ꝫ talis correctio nō ptinet ad inferiorē res
pectu sui superioris cū nō habeat super ipm iurisdic
tionē sz magis econuerso·prima autem correctio q̄ est
actus charitatis pōt pretermitti ad tempꝰ qñ̄·s· du/
bitat' ex correctiōe deterius sequi sz secunda q̄ est ac/
tus iustitie nullo mō dēt omitti etiā si deliquentes de
teriorarent' ex ea·vñ̄ iudex nullo mō debet p̄termitte/
re sententiam condemnatiōis in peccantē ꝓpter per/
turbationē eiꝰ seu amicoꝝ suoꝝ·ꝓ· s ¶ Hunquid
potest pct̄ōr corripere? G·Cuicūq; aliū a pct̄ō corri
gi debet se prius a pct̄ō corrigere ꝫ se prius a pct̄ō

corrigere ꝛ se prius a pctō emundare unde si prelat9 delinquēs corrigit subditum delinquentē peccat īdigne utendo officio suo Verumtamē p simplicē āmonitionē uel rogationē pōt prelatus ꝛ qcunq; alius subditus etiā in pctō notorio exīs deliquentē monere ut a peccato suo desistat ex quo non īcitat ad malū ꝛ tal si corrigendo ꝛ monendo nō peccat. ℣. ℟ Ūq̄d secreta monitio p̄cedet denūtiationē publicā sicut dicit dīs in euangilio Si peccauit in te frater tuus corripe illū inter te ꝛ ipsum solū. ℟. Si pctm̄ fratris ē publicū ꝛ manifestū dēt publice manifestari ꝓpter correctionē alioꝝ ꝛ ut inde exēplum sumat. Si uero pctm̄ occultum ꝛ corporaliter in nocumentū alioꝝ qz uult occidere uirum ℓ incendere ciuitatē ul' spiritualiter qz hereticꝰ ꝛ priuatī homines a fide auertit tunc oportz statim ꝙ procedat ad denuntiationēz q̄ posset illa mala impedire. Si uero pctm̄ occultum sit solum in nocumentum peccātis ℓ eiꝰ qui euz corrigit dēt per simplicē āmonitionē corrigi ℣ Postea ꝫm p̄ceptū dīi si noluerit emendari dēt corā duobus ℓ tribꝰ argui seruādo tamen q̄tū fieri pōt famā peccantis ꝛ si nō pōt fama eius seruari quia pctm̄ suū multiplicat uolunt dīs ꝙ cū dispēdio fame publice arguat ꝛ sic patet quō admonitio secreta dēt precedere publicam denunciatiōez ℣. ℟ Ergo si peccāt religiosi si qui fratres suos publice coram alys de suis ca. in capi. arguunt ꝛ p̄clamant. ℟. Non quia tales proclamatiōes que fiunt in capitulis religiosoꝝ solū fiunt de leuibꝰ que fame fratris nō derogāt. si uero eēt tale quid dequo fama fratris ledi posset cum sit occultum non eēt ei obediēduz

quia contra p̃ceptū dn̄i nullꝰ tenetur obedire ⁊ qui o
bedierit peccaret etiã si prelatus hoc preciperet. Aliter
tamẽ eẽt si pc̃m̃ per aliquas suspiciones ꝑ insidia ali
qualiter publicaret quia in tali casu posset ꝓlatus eo
modo quo iudex exigẽdo iuramẽtum de ueritate dicẽ
da querere ⁊ precipere. Hec de elemosina tam corpora
li q̃ spirituali dicta tibi ꝓ. sufficiãt.

¶ De ieiunio.

Ca. xvi. ꝓ.

DE tercia parte satisfactionis. s. ieiunio mihi
dicas. ꝓ. a ¶ Verum ieiuniũ. s. cadat sub p̃
cepto? ℟. Quia per ieiunium quo carnis ocu/
piscẽtia reprimitur mens eleuat. virtutes ꝺseruantur.
ideo communiter ieiunium de precepto iuris ẽ natura
lis ⁊ diuini. Sed determinatio temporis ieiuniorū ⁊
modus ieiunandi ad iuris positiuũ pertinet ⁊ ad prela
tos ecclesie ⁊ isto mõ ieiuniū cadit sub precepto eccle
unde qui ex contemptu ꝑ sine cã rationabili ieiunium
transgredit peccat mortaliter tã q̃ ꝺtemnẽs ecclesie p̃
ceptum aut mãdatũ. ꝓ. b ¶ Qui sunt qui a ieiunio
absoluuntur? ℟. Pueri debiles infirmi ⁊ necessitate cõ/
pulsi. ꝓ. Usq̃ ad quot annos? ℟. Communiter dicit
usq̃ ad. xx. annum uel. xxi. Quia pueri propter actuꝫ
nutritiue ⁊ augmentatiue uirtutis indigẽt pauco cibo
⁊ frequenti q̃diu sunt in tempore augmenti. Tempus
autem illud ꝑm philosophum est tempus. xxi. anni. ũ
de in summa raymundi ca. de feriis in glosis dicitur
q̃ pueri a. xx. annis ⁊ supra ieiunare non tenent. nec
ante hanc etatem credo aliquem esse compellendũ ad
huiusmodi ieiunia. Nec statim post quia quidaꝫ sunt

in·xx·anno ꝑ·xxii·debiliores ꝙꝫ alij in·xxiii· Vnde in talibus ad arbitrium boni viri recurrendum est ꝫ sequitur ex dictis illius glose ꝙ pueri usq; ad illꝫ tempus ad ieiunia non tenent· Ista tamen non sunt publice predicanda cū iuuenes hodie moueant facilime ad cōcupiscentiam gule ꝫ luxurie·ꝫ ideo conueniēs esset ut ante dictum tempus exercenda ieiunia mouerent. sz qui a eoz uirtus roborat ad hmōi ante predictum tēpꝰ non tenent· Eodē mō iudicandū est de infirmis qz ꝑm arbitrium boni uiri limitandū est eorum ieiuniū· ℣· Quid de peregrinis ꝫ laborantibꝰ ē agendū? ℟· c ¶ De pegrinis scias ꝙ si peregrinatio cōmode differri pōt debet pretermitti ꝫ ieiuniū perfici· Si uero necessitas immineat ꝙ pretermitti non possit nec differri peregrinatio quia compellunt homines ire i exercitiū siue trans mare tempore passagij ꝑ aliud iter necessariū arripuerunt qđ oportet facere a ieiunio excusant si ieiunare non possunt vñ si ꝓpria uoluntate peregrinatiōes arripiūt in quadragesima tamen ad illas non tenent nisi illas peregrinatiōes possent alio tempore fieri nō excusant a ieiunys ꝫ si ieiunia hmōi transgrediant peccāt ꝫ tenent alio tpe ieiunia fracta ꝑm ꝺsilium discreti ꝺfessoris mandatū ecclesie adimplere·unde super hoc ante quadragesimam a suis presbiteris sunt monendi· d ¶ De cursoribus magnatum quoruꝫ usus necessarius est ꝫ si eos currere oporteat ꝫ ieiunare non possunt excusant ¶ De laborantibus uineaꝝ terraꝝ ꝫ ceteris talibꝰ ubi opus est magno labore·si adeo sunt pauperes ꝙ perseipsos eos oporteat colere uineas proprias ꝑ aliunde uictum sufficiēter nō habeāt

pro se ꝙ familia sua cuius curam habent nisi laboran
do ꝙ laborare non possunt nisi ieiunia frãgãt possunt
ieiunia frangere ꝙ laborare similiter si serui sint ꝙ rusti
ci qui debent operas suas dominis suis non peccant
mortaliter ieiunia frangendo hoc tamen per dispen/
sationẽ ecclesie utile est fieri. ℭ Si vero operarij diuites
sint adeo ꝙ per alios possint opa sua perficere nõ ex
cusant. ℭ Sed si uelint personaliter ita laborem partian
tur ante prandium ꝙ post prandium laborãdo ꝙ nõ
soluãt ieiunium unde ostat ꝙ intentio maioris lucri ꝙ
non necessitas non excusat a ieiunio nec sunt ĩmunes a
peccato qui oducere operarios uolunt nisi tali pecca
to ꝙ ieiunium soluant ut plꝰ operent nisi forte sit ne
cessitas ꝙ festinatio operis pro quo laborat exposi/
cat. ℣. ℭ Quid de seruientibus nobilium? ℟. De
talibus qui habent seruire ad mensas dominorũ si ex
causa necessaria aliquantulũ pueniant horam comedẽ
di ꝑ prebibant modicum ne propter debilitatem ĩ ser
uiendo deficiant ꝙ hoc faciunt positis mensis vel pa/
rum ante. ita ꝙ propter continuationem temporis to
tum reputari debeat una mensa non credo ꝙ peccent
Sicut nec peccant medicorum personarum seruitores
qui surgunt de mensa dominorum suorum ut vadant
ad unum ꝙ iterum reuertentes comedunt Item credo
ꝙ ex religiosis qui legunt legendas ad mensam in re/
fectorio idem est sicut dictum est de seruientibus diui
tum ꝙ nobilium dum tamen hoc faciunt ex licẽtia. De
iuuenibus autem ꝙ nouicys super soluendo ieiunio
credo ꝙ tenentur magis discretioni superiorum ꝙ ꝓ
prio iudicio acquiescere. ℣. ℭ De pegrinantib?

nutrientibus quid dicendum? ℣. Si timeatur pro / babiliter de periculo earum si ieiunauerint uel de peri culo fetus in utero uel de uictu pueri ad ubera Non possunt solum soluere sed nutrimenta sufficientia su / mere tenentur. Quantuz est ad dispensationem ieiunij si constat omnibus uicinis de causa propter quam sol uendum est ieiunium non est necessarium q̄ petat dis/ pensatio ab episcopo uel eius penitentiario. Si non possunt haberi uterq; sufficit licētia proprij sacerdo tis. Similiter si tam sit infirmus ꝙ non sit in potentia alias debet petere licētiā frāgēdi ieiunū ꝓpter scāda lum aliorum. Nullus autoritate propria debet fran / gere ieiunium ab ecclesia institutum omnia ista q̄ dic / ta sunt de ieiunio require in summa Raymundi i glo sa in ca. de feriis. ℣. g ¶ Hunquid paupertas sem per excusat a ieiunio illi pauperes qui nō possunt ha bere simul quod sufficit ad unam commestionez excu santur a ieiunio ꝙ hi qui frustatim querunt panem alij uero non. ℣. h ¶ Que sunt tempora ieiuniorum? ℣ Ipsum tempus est in principio ueris ut xl. tam ꝓp/ ter preparationem que confertur in baptismo qui so lennisatur in uigilia pasche quam etiam propter dig nam susceptionem sacramenti eucharistie quam quili/ bet xp̄ianus tenet recipere Item in quadragesima sol uimus decimam omnium dierum preter ieiuniuum qua dragesime Instituti sunt etiam dies in quadris anni qui computantur quasi in primitias ꝙ ad expiandas post singularum quartarum partium anni ꝙ dicunt ieiunia quatuor temporum Item in uigilijs solennita tum ieiunamus ut propinquiores simꝰ ad deuotiōez

ad solēnitates celebrādas. Dominicis diebus non ieiu
namus ad expellendum errorem manicheorum qui di
ebus dominicis ieiunauerunt. ¶ Item quia est dies le
ticie ꝛ non afflictionis. Pe. i ¶ De cibarijs sumen/
dis in ieunijs doce. Gre. Illa que non mouent ad cō
cupiscentiam uel minus mouent sumēda sunt. Carnes
uero ꝛ lacticinia que multum conformantur complex
ioni hominum ꝛ statim conuertunt in materiā semi/
nisprohibita sunt maxime in quadragesima. Pisces
uero non ita cito conuertuntur. ideo non prohibent.
Vinum non prohibetur quia licet inflammet concu/
piscentiam. non tamen tantum durat ocupiscentie sue
inflammatio sed cito transit. Illa autem inflammatio
que fit ex esu carnium ꝛ lacticiniorum diutius durat.
Item uinum non prohibetur propter impedimentuꝫ
digestionis quia ieiunans nimium debilitaretur. Ps.

R ¶ De modo comedendi tempore ieiuniorum do
ce. G. Semel in die comedendum est ieiunantibus plu
ries uero bibere possunt propter digestionem. Item
electuariorum ꝛ medicinarum sumptio. ieiuniuꝫ ab ec
clesia institutum non soluit nisi sumatur huiusmodi ī
fraudem sc̄z ut cibi ꝛ in magna quantitate. Hora come
dendi est nona uel circa. quia in tali hora xp̄us emisit
spiritum que est hora uere meridiei secundum nos. Je
iunantes enī debent se conformare passioni xp̄i. Suf
ficit tamen hora comedendi circa horam nonam. Nō
enim oportet de necessitate sed bene propter aliquam
necessitatem potest hora p̄ueniri.

¶ De restitutione.

De restitutione dic mihi·que ad satisfactionē uidetur pertinere· ℟ Et ueruz restitutio sit de necessitate salutis? ℣·sic·Seruare enim iusticiam est de necessitate salutis· Restitutio est actus iusticie commutatiue· quia reddere alteri quod suum est/ est iusticia Ideo restitutio est de necessitate salutis·

℣. m ℟ In furto rapina ⁊ hmōi debet ne fieri restitutio? ℣·Rem alienam rapere non licet·qui sic accipit restituere tenetur nisi in casu extreme necessitatis ī quo omnia sunt communia nec hoc habet rōnem furti Sed in rebus minimis que tāq̄ derelicte a domino suo videntur·furtum non committitur·si accipiantur occulte sicut acus penna ⁊ hmōi nec accipiens restituere tenet· nisi habet animum furandi ⁊ nocumentum īferēdi ꝓximo·quia qui sic furtum committeret peccaret ⁊ ad restitutionem tenet licet parum esset· Si quis vero rem alienam accipit occulte auctoritate iudicis hoc decernētis·furtum non committit·quia sibi debitum factum ē ex quo sententialiter est iudicatū· ℣. n ℟ Nunquid qui rem suam ab alio detentam accipit furtū omittit? ℣·Non nec ad restitutionē tenetur cum non grauet eū qui iniuste detinet/sed peccat contra communem iusticiam dum ipse sibi usurpat iudicium iuris ordine p̄termisso·⁊ tenetur deo satisfacere ⁊ ofiteri· Verumtamen quidam dicunt ꝙ si persona hmōi rem detinens sit ita fortis ꝙ alij non possit contra eam litigare ī accipiendo rem suam·sic non peccat quis nec ad restitutionem tenetur· Et hec est opinio Ganfridi·duodecima questione·xviii·de quotlibeto suo·Opinio prima que est Thome tenet communis·De bis uero qui rem

suam apud alium depositam furtiue accipiunt scito q̄ peccant quia grauant depositarium q̄ possent compelli ad reddendum ideo ad reuelandum tenentur q̄ ad reuelandum grauamen depositarij. ¶ o ¶ Nunqd potest aliquis rem iniuriantis sibi furtiue accipere p re sua uiolenter detenta? Gre. Non licet cum in illa re quam accipit nunc̄ dominum habuerit q̄ qui sic accipit peccat q̄ ad restitutionem tenetur q̄ hec est opinio magnorum ālij dicunt quod supra q̄ uerum ē quod dictum est si possit rem suam ordine iuris repetere. si uero non possit propter potentiā iniuriantis aut absentiam iudicis ut dictum est potest usq̄ ad ualorē sui rei de rebus detinentis accipere cum res detinētis sint pro re detenta obligate erga oppressum q̄ hoc ius concedit. Verumtamē tutius est ut nihil accipiat̄ alienū cum iusta estimatio difficulter habeatur q̄ ad accipiēdum homines sint proni. ¶ p ¶ De rapina utrum sit grauius peccatum furto? G. Rapina est grauius et detestabilius peccatū q̄ furtū inquātum magis repugnat uolūtati eius cui auferēt̄ ūn furtū omittit per ignorātiam cui auferēt̄. Sed rapina per uiolentiā. Ūn cum nullq̄ potentiā habeat super alium nisi foret potestas publica. ideo cum quis alteri aliqd uiolenter auferet non utēs potestate publica rapinā committit. q̄ ad restitutionem tenetur Principes tamen qua sunt custodes iusticie propter obseruationē reipublice si exigant quod eis debetur etiam si uiolētiā requisitioni adhereāt nō omittūt rapinā Similiter ad ipugnādū hostes si p uiolētiā a subditis accipiāt rapinā nō omittūt si uero absq̄ rōe q̄ otra iusticiā abstulerunt uiolenter.

rapinam committunt ⁊ ad restitutionem tenentur sicut latrones similiter illi qui in bellis predantur si bellū iustum fuerit rapinam non committunt licet peccēt ex nimio appetitu accipiendi. Si uero inustum bellū habeant peccāt in accipiendo ⁊ ad restitutionem tenent.

Ca. ·xviii· ·15·

QUE usura dic mihi an aliquid accipere pro pecunia mutuata ⁊ si recipiēs ad restitutionē teneat? G. a Dora sunt quedam res quarū usus est ipsarum consumptio sicut pecunia consumit distribuendo. vinum bibendo. bladum commedendo oleum lignum comburendo. ⁊ similia. ⁊ in talibus rebus non habeant usufructum seorsum sed cum computari res ⁊ usus rei sed cui conceditur usus rei conceditur ⁊ ipsa res ⁊ cui tales conceduntur per mutuum conferē in eum cui mutuatur ipsarum rerum dominium vnde quicunq; mutuat alterius pecuniam ℓ bladum vinum uel oleum ⁊ huiusmodi non potest retinere super illud dominium cum in utendo corrumpatur ideo usus talium rerum uendi non potest quia si quis uellet vendere bladum uel uinum uel oleum seorsum usus vini uel olei uel bladi uenderet eandem rem bis uel uenderz id quod non est cum unum iam sit potatum ℓ bladum iam comestum ⁊ sic contra iusticiam faceret ⁊ peccaret Similt modo qui permutuat unum vel triticum ⁊ petit vnam recompensationem equalis rei et aliam re/ compensationem pro precio vsus rei contra iustici/ am facit et tale mutuum aut venditio vsura dicitur. quia secundum papiam dicit incrementū fenoris. Et

sic in omnibus talibus rebus que utendo ꝯsumunt ꝙ
usu rei nihil suscipiendū quia usura est sunt aūt alie res
quarum usus non est ipsarum rez cōsumptio ⁊ habēt
usufructum ut ager ⁊ equꝰ domus ⁊ similia. ⁊ in tali/
bus potest uendi seorsum res ⁊ usus rei. ⁊ etiam mutu/
ari ut aliquis mutuat equum ꝛ agrum pōt ꝙ usu equi
uel domus uel agri accipere pretiū. nec in hoc peccat.
Vnde manifestum est cum usura sit ꝯtra iusticiā ꝙ pec
catum ē ⁊ restitui debet. Nec propter hoc peccant qui
propter necessitatē suam accipiūt pecuniā alterꝰ sub
usura ⁊ sue necessitati subueniūt. Secus aūt est si absq; ne
cessitate sumeret pecuniam sub usura quia peccaret qz
usurariū induceret ad peccandū. Similiter particeps
peccati est qui usurario mutuat pecuniam suā ut usu/
ras suas exerceat. In generali igit̄ scias ꝙ non licet ꝙ
pecunia mutuata ꝛ quacunq; alia re que utendo ꝯsu/
mitur plus exigere q̄ q̄ntitatē pecunie uꝛ rei mutuate.
ꝛ ualorē tempore quo mutuat. Vnde manifestū est ꝙ
usurā ꝯmittunt ⁊ peccāt qui bladum uinum ⁊ huius/
modi mutuant uel uendunt ad precium temporis sub
sequentis tempꝰ illius traditionis. ⁊ ratio huius est.
quia tunc usum rei iam consumpte uendunt similiter ⁊
tempꝰ. Similiter qui res suas carius uendunt q̄ sit iust
tum precium. propter expectationem solutionis usu/
ram ꝯmittunt propter expectationē solutionis habz
rationem mutui ⁊ in hoc etiā tempꝰ uendunt silꝛiter il
le q rē emit minꝰ q̄ sit iustū p̄cū propter anticipatio
nē solutiōis usurā committit. qz illa anticipatio ꝛpis
habz rōnem mutui cuius quoddam p̄ciū ē illō qō di
minuitur de iusto p̄cio ⁊ hoc maxie ī rebꝰ q̄ tradi non

possunt ut est bladū quando emit a quibusdā dū ad
huc herba ē ⁊ hmōi Et oleū dū nx adhuc crescit ⁊ oli
ua Siliter qui dēt ad certū terminū pecuniā l' aliud si
qd sibi diminuat ut cari⁹ soluat·usurā omittit·maxi/
me quia temp⁹ solutiōis uendit ⁊ tenet ad restitutio/
nem nec excusat per hoc q̄ soluendo ante terminū gra
